



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Octavo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

1707.
Confirmatio
relati De-
creti.

tate Apostolica, tenore presentium confirma-
mus, & approbamus, illique inviolabilis Apo-
stolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen sem-
per in præmissis auctoritate memoratæ Congre-
gationis Cardinalium.

Clausulæ.

§. 2. Decernentes easdem presentes literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-
tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &
pro tempore spectabit, inviolabiliter observari:
sicque in præmissis per quoscumque Judices Or-
dinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii
Apostolici Auditores judicari, & definiri debe-
re; ac irritum, & inane, si secus super his a
quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-
rante contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciæ,
& Ordinis prædictorum, etiam juramento, con-
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis, Statutis, & Consuetudinibus; privile-
giis quoque, indultis, & literis Apostolicis in
contrarium præmissorum quomodolibet concessis,
& confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus,
& singulis, illorum tenores præsentibus pro plene,
& sufficienter expressis, ac ad verbum inser-
tis habentes, illis alias in suo robore perman-
suris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat
specialiter, & expresse derogamus, caterisque
contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Major-
rem sub Annulo Piscatoris die XXXI. Augusti
MDCCVII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

LXXIII.

Conceditur Indulgentia plenaria perpetua pro
Ecclesiis Ord. S. Pauli Primi Eremitæ in ejus
die festo.

*Inn. XI. Const. ed. 1676., Nov. 27. P. 1. con-
firmata fuere quedam statuta pro Eremitis in Re-
gno Portugallia.*

Dat. 1. Oct.
1707. An. 7.

C L E M E N S P A P A X I .

*Universis Christianis fidelibus presentes literas in-
specturis salutem, & Apostolicam
benedictionem.*

Concesso
præd. In-
dulg.

AD augendam fidelium Religionem, & Ani-
marum salutem cælestibus Ecclesiæ Thesauris
pia charitate intenti omnibus utriusque sexus
Christianis fidelibus vere pœnitentibus, & confessis,
ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex
Ecclesiis Fratrum Ordinis S. Pauli Primi Eremitæ
ubique existen. die festo ejusdem S. Pauli Pri-
mi Eremitæ a primis Vesperis usque ad occasum
Solis diei hujusmodi singulis annis devoto visita-
verint, & ibi pro Christianorum Principum con-
cordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ec-
clesiæ exaltatione pias ad Deum preces effude-
rint, Plenariam omnium peccatorum suorum In-
dulgentiam, & remissionem misericorditer in Do-
mino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris
temporibus valituris.

Clausula.

§. 1. Volumus autem, ut earundem præ-
sentium literarum transumptis, seu exemplis
etiam impressis manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica di-
gnitate constitutæ munitis eadem prorsus fides
ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus
haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Major-
rem sub Annulo Piscatoris die prima Octobris
MDCCVII. Pontificatus nostri Anno Septimo.

Confirmatur Decretum Capituli Gen. Fratrum
Recollec. Discalc. Ord. S. Augustini Congre-
gationis Hispaniæ de casu, quo decederet Vi-
carius Generalis d. Congregationis.

*Const. ed. 1704. Feb. 13. P. 4. declarata fuere
privilegia Provincialium absolutorum. Et Bened.
XIII. Const. ed. 1630. Feb. 14. P. 5. reduci-
tur alternativa pro electione Vicarii Generalis.*

C L E M E N S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius mo-
dernus Procurator Generalis Fratrum Eremitarum
Resolutorum Discalceatorum nuncupatorum
Congregationis Hispaniæ Ordinis Sancti
Augustini, quod in Capitulo Generali dictæ
Congregationis in Oppido Civitate nuncupat. Borgia
in Regno Aragoniæ die 20. Maji 1706. celebra-
to, inter alia duæ sequentes Constitutiones pag.
171. editæ fuerunt, videlicet, quod Magistris Pri-
mariis Novitiorum trium Domorum Regularium,
nempe Matritensis, Cæsaraugustan., & Hispanen-
sibus eorum laboribus jus ferendi suffragium,
sive votum in Capitulis Provincialibus suarum Pro-
vinciarum competat, ea tamen lege, ut dicti Ma-
gistri Novitiorum ab immediata Priorum jurisdic-
tione exempti minime sint, & in omnibus, &
per omnia iidem Prioribus subiecti remaneant,
quemadmodum alii Religiosi subditi immediate
illis subiecti reperiuntur, & quod in posterum ii
Religiosi, qui Priorum alicujus Domus, sive ma-
gni Conventus, sive Diffinitorii Provinciarum,
seu Lectoris Sacræ Theologiæ muneribus functi
fuerint in Magistris Novitiorum eligantur; Ac in-
super in prædictis Constitutionibus fol. 173. sta-
tutum fuit, quod decedente Vicario Generali
prædictæ Congregationis sive naturaliter, sive ci-
vilitate in ejus Gubernio pro tempore existens
Prior Provincialis Provinciæ, cujus est filius usque
ad complementum sexennii succedat, ad hoc, ut
omnes Provinciæ Dignitatis honore per dictum
sexennium æqualiter frui valeant, ac officia gene-
ralia pariformiter non nisi post triennium cessent,
necnon expensæ occasione Capitulorum facien-
dæ evitentur, casu vero quo eundem Priorem
Provinciæ in prædicti Vicarii Generalis officio
succedere contingat, Officium Prioris Provincia-
lis hujusmodi vacet, & id, quod in Constitutio-
nibus super præcedentia Rectoris Provincialis dis-
positum reperitur adimpleatur.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, Capitulum Generale prædictum, con-
firmationem Decretorum, seu Statutorum hujus-
modi pro firmiori illorum subsistentia, & observa-
tione ab hac Sancta Sede imperari mandaverit:
Nobis propterea præfatus Procurator Generalis
tam suo, quam dictæ Congregationis nomine hu-
militate supplicari fecit, ut in præmissis opportu-
ne providere, & ut infra indulgere de benignitate
Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsam Procuratorem Gene-
ralem specialibus favoribus, & gratis prosequi
volentes, & a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab ho-
mine quavis occasione, vel causa latis, si qui-
bus quomodolibet innodatus existit ad effectum
præsentium dumtaxat consequendum harum se-
rie absolventes, & absolutum fore censentes,
hujusmodi supplicationibus inclinati, de Vene-
rabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina-
lium negotiis, & consultationibus Episcoporum,
& Regularium præpositorum, qui attenta rela-
tione dilecti Filii nostri Josephi Renati ejusdem
S. R. E. Cardinalis Imperialis nuncupat. dicti Or-

LXXIV.

Dat. 10. Febr.
1708. An. 8.

A Capitu-
lo Gen. d.
Congrega-
tionis 1706.
edita fuerunt
duo inle-
quentia De-
creta.

1.
De Magi-
stris Novi-
tiorum.

2.
De casu,
quo vacaret
Vicarius
Gen.

Preces Congre-
gationis
pro eorum
confirmatio-
ne.

Confirmatio
secundi tan-
tum Decreti.

dinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Pro-
toris eisdem Cardinalibus facta, quoad primum
Decretum resolutionem distulerunt, consilio,
secundo dictum Decretum, seu Statutum Capi-
tuli Generalis dictæ Congregationis Hispaniæ au-
ctoritate Apostolica tenore præsentium confir-
mamus, & approbamus, illique inviolabilis
Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva ta-
men semper in præmissis auctoritate Congrega-
tionis prædictorum Cardinalium.

Claufulæ.

§. 3. Decernentes ipsas præsentis literas sem-
per firmas, validas, & efficaces existere, & fore,
suoque plenarios, & integros effectus sortiri, &
obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore
quandocumque spectabit plenissime suffragari, &
ab illis respective inviolabiliter observari: sicque
in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios,
& Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici
Auditores judicari, & definiri debere; ac irri-
tum, & inane, si secus super his a quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tulerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus
sit, Congregationis Hispaniæ, & Ordinis hujus-
modi, etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quavis firmitate alia roboratis Sta-
tutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque,
Indultis, & literis Apostolicis in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis, confir-
matis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-
gulis, illorum tenores præsentibus pro plene, &
sufficenter expressis, & ad verbum inferis ha-
bentes, illis alias in suo robore permanuris, ad
præmissorum effectum hac vice dumtaxat specia-
liter, & expresse derogamus, cæterisque contra-
riis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsen-
tium literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis, manu alicujus Notarii publici suscrip-
tis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate
constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique
locorum tam in judicio, quam extra illud ha-
beat, quæ haberetur ipsis præsentibus, si fo-
rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo
Piscatoris die X. Februarii MDCCVIII. Pontifi-
catus nostri Anno Octavo.

LXXV.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc.
& Reg. de electione Diffinitorum adjunctorum
loco Procuratorum Gen. absentium Congre-
gationis Doctrinæ Christianæ in Gallia.

*Inn. XII. Const. ed. 1698. Aug. P. 8. confirmatum
fuit Decretum de interuentu quorundam in Capi-
tulo Provinciali. Et hujus Pontificis Const. ed.
1708. Jul. 25. Pont. 8. conceditur vox delibera-
tiva prædictis Diffinitoribus.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 24. Mar.
1708. An. 8.

Ob litem
ortam in d.
Congrega-
tione emana-
vit sequens.

EManavit nuper a Congregatione Venerabi-
lium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardi-
nalium negotiis, & Consultationibus Episcopo-
rum, & Regularium præposita in Causa Avenio-
nen., seu Parisien. inter dilectos filios Cleri-
cos Sæculares Congregationis Doctrinæ Chri-
stianæ in Gallia ex una, & quosdam particula-
res Presbyteros Provinciæ Parisien. ejusdem Con-
gregationis Doctrinæ Christianæ, ex altera par-
tibus vertente Decretum tenoris, qui sequitur,
videlicet -- In Causa Avenionen., seu Parisienfi
vertente inter Congregationem Doctrinæ Chri-
stianæ in Gallia ex una, & quosdam particula-
res Presbyteros Provinciæ Parisienfis ejusdem

Decretum,
quo resoluta
fuere duo du-
bia super
quodam de-
creto Capi-

Congregationis partibus ex altera, desuper in-
frascriptis Dubiis, nempe -- Primò. *An sequens
Decretum Capituli Generalis anni 1705. sustinea-
tur, in casu &c. & quatenus affirmative.* Secun-
do. *An beneplacitum Apostolicum pro voce decla-
rativa sit concedendum?*

Decretum Capituli Generalis PP. Doctrinæ
Christianæ Parisiis celebrati anno 1705.

Sessio 18. *Quia alter Procurator Generalis, vel
uterque simul possunt abesse a loco, ubi Diffinitorium
desit, sicque suam privare Provinciam suffragio ipsi
debito; Statutum est, quod ut justa stabilietur equa-
litas juxta id, quod decretum fuit in novissimo Ge-
nerali Capitulo Sessione 32. in eorum loco eligentur
Diffinitores adjuncti, qui voce fruantur consultiva,
illis absentibus, & non aliter, donec a Sancta Sede
ipsis & deliberativa obtineatur; tum in Diffinitorio,
tum in Capitulo Generali, cum dicti Procuratores
Generales ipsis adesse non poterunt. Ad eorum autem
electionem requiretur eadem, & ætatis, & professio-
nis antiquitas, quæ ad aliorum Officialium majorum.
Locus eorum erit post Secretarium Generalem, quod
si vel morte præventi, vel alia quacumque ratione
deficiant, eorum officio providebitur eo modo, quo
Officia aliorum Officialium majorum -- Sacra Congre-
gatio Eminentissimorum, & Reverendissimo-
rum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consulta-
tionibus Episcoporum, & Regularium præposita
Partibus ipsis informantibus, referente Eminen-
tissimo Sancti Clementis, respondit affirmative
ad utrumque. Romæ 23. Septembris 1707. --
G. Cardinalis Carpineus -- F. Archiepiscopus Ni-
cenus Secretarius.*

§. 1. Cum autem sicut dilectus filius moder-
nus Procurator Generalis præfatæ Congregatio-
nis Doctrinæ Christianæ Nobis subinde exponi
fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius
subsistat, Apostolicæ Confirmationis Nostræ pa-
trocinio communiri plurimum desideret. Nos
ipsum Procuratorem Generalem specialibus fa-
voribus, & gratis prosequi volentes, & a qui-
busvis excommunicationis, suspensionis, & in-
terdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censu-
ris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis oc-
cassione, vel causa latis, si quibus quomodolibet
innodatus existit, ad effectum præsentium dum-
taxat consequendum harum serie absolventes,
& absolutum fore censentes, supplicationibus
ejus nomine Nobis super hoc humiliter porre-
ctis inclinati, Decretum præinsertum auctori-
tate Apostolica tenore præsentium confirma-
mus, & approbamus, illique inviolabilis Apo-
stolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen
semper in præmissis auctoritate præfatæ Con-
gregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas
firmas, validas & efficaces existere, & fore,
suoque plenarios, & integros effectus sortiri, &
obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit
in futurum, plenissime suffragari, & ab eis res-
pective inviolabiliter observari: sicque in præ-
missis per quoscumque Judices Ordinarios, &
Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici
Auditores judicari, & definiri debere; ac irri-
tum, & inane, si secus super his a quoquam,
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tulerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Conflit-
tationibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-
non quatenus opus sit Congregationis Doctrinæ
Christianæ hujusmodi, aliisque quibusvis etiam
juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudi-
nibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis
Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo-
libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus
omnibus, & singulis, illorum tenores præsen-
tibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad

1708.
tilli Gen.
1705. de Dif-
finitoribus
adjunctis.

Preces Pro-
curatoris
Gen.

Confirma-
tio relati De-
creti.

Claufulæ.

verbum

verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanfuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIV. Martii MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

LXXVI. Confirmatur Decretum Congregationis Episc., & Reg. de juramento in Abbatum Benedictinibus pro Congregatione Benedictino Bavarica.

Inn. XI. Const. ed. 1687. Mar. 21. P. 11. confirmatur Decretum super Dubiis circa Constitutiones pro Nuncio Helvetiorum.

Dat. 8. Maji
1708. An. 8.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Lis orta inter Abbates prædict., & quosdam Episcopos.

Decretum Congregationis, quo declaratur Abbates in eorum Benedictinibus non teneri ad aliud juramentum quam illud in Pontificali Romano descriptum.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita in Causa Benedictinorum novorum Abbatum, & juramenti in illarum actu præstandi inter dilectos filios modernum Præsidentem, & Abbates Congregationis Bavaricæ Monachorum Ordinis Sancti Benedicti ex una, & Venerabiles Fratres Modernum Augustan., nonnullosque alios Episcopos ex altera Partibus vertente Decretum tenoris, quod sequitur, videlicet -- In Causa vertente inter Patres Præsidentem, & Abbates exemptæ Congregationis Benedictino Bavaricæ, prætendentes in Benedictinibus novis Abbatibus impartiendis ab Episcopis, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis, novos Abbates non teneri ad aliud juramentum, quam ad illud contentum in Pontificali Romano, juxta Decreta Congregationis particularis die 14. Januarii 1687. ex una, & Episcopum Augustanum, nonnullosque alios Episcopos sustinentes novos Abbates in actu dictarum Benedictinorum teneri præstare juramentum fidelitatis, subjectionis, & reverentiæ ipsi Episcopis, eorumque Ecclesiis, Partibus ex altera -- Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita; Partibus hinc inde auditis, referente Eminentissimo Sperello mandavit executioni demandari Decreta prædicta Congregationis Particularis, & censuit, ac declaravit, servandam esse formam præscriptam in Pontificali Romano pro Abbatibus exemptis. Romæ 20. Aprilis 1708. -- G. Cardinalis Carpineus -- Ferdinandus Archiepiscopus Nicænus.

Preces Abbatum.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte dictorum Præsidentis, & Abbatum prædictæ Congregationis Bavaricæ Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent; Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dictæ Congregationis Bavaricæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die VIII. Maji MDCCVIII. Pontificatus Nostris Anno Octavo.

Damnatur, & prohibetur liber sub tit. *Traité de la puissance Ecclesiastique, & temporelle &c.*

LXXVII.

Damnatur, & prohibetur liber &c. *Traité de la puissance &c. Const. ed. 1707. Dec. 19. P. 8. damnati fuerit libri Laurentii Pirez de Carvalho. Et Const. ed. 1708. Jul. 13. P. 8. damnatur, Le Nouveau Testament &c.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX inuncto Nobis Apostolicæ servitutis munere, quo Catholica Ecclesiæ regimini divina dispositione præsidemus, Dominici Gregis custodiae jugiter invigilantes, ac oves æterni Pastoris sanguine redemptas a perniciosarum doctrinarum venenis pastoralis charitate, quantum Nobis ex alto conceditur, præservare satagentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum a Sede Apostolica specialiter deputatorum consilio, ac etiam Moru proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, librum quemdam Gallico idiomate conscriptum, cui Titulus: *Traité de la puissance Ecclesiastique, & temporelle*, Anno 1707. Typis (ut accepimus) impressum, & in lucem editum, tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem & usum omnibus, & singulis Christianis, etiam specificis, & individua mentione, & expressione dignis sub excommunicationis pena per contrafacientes ipso facto absque alia decla-

Damnatio & prohibitio d. libri cum mandato illum tradendi Ordinariis, vel Inquisitoribus.

ratione

ratione incurrenda, a qua nemo per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constitutus absolvi possit omnino interdicitur. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque librum prædictum penes se haberint, illum statim ac præsentem literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur.

Clausula.

§. 1. Ut autem eadem præsentem literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quicquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curie Generalis in Monte Citorio, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui, ita ut sic publicatæ, omnes, & singulos quos concernunt, perinde efficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent: ipsarum autem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XIV. Mji MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

LXXVIII.

Confirmatur, & innovatur Constitutio Pauli V. contra ambientes Officia, & Dignitates in Congregatione Canonicorum Regul. S. Salvatoris Ord. S. Augustini.

Inn. XII. Const. ed. 1695. Jan. 19. P. 4. Statutum fuit, ut serventur Constitutiones de receptione Regularium professorum. Et hujus Pontificis Const. ed. 1709. Mar. 18. P. 9. extenditur indultum de Prælaturis obtinendis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 20. Junii
1708. An. 8.

Exordium.

Ecclésiæ Catholicæ regimini, meritis licet imparibus, divina dispositione præsidentes, illa, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad recidendam, & excludendam a Religiosis viris, quos in humilitatis Spiritu Deo servire decet, ambitiosa honorum, & dignitatum cupiditate pie, prudenterque constituta esse noscuntur, Apostolici muniminis nostri patrocinio libenter constabilimus, novisque prædiis ut serventur exactius corroboramus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis incrementum salubriter in Domino expedire arbitramur.

Referatur Constitutio Pauli V. contra implorantes auxilium extra Religionem, vel utentes illegitimis modis ad Officia, vel dignitates obtinendas, cum præscriptione poenarum, necdum contra eos, sed etiam contra Superiores indulgentes.

§. 1. Dudum siquidem per fel. rec. Paulum PP. V. prædecessorem nostrum accepto, quod quidam in Congregatione Canonicorum Regularium S. Salvatoris Ordinis S. Augustini Dignitatum, & officiorum in dicta Religione ambitione ducti pro iis consequendis Ecclesiasticorum, & secularium Principum, aut aliarum personarum studia requirebant, & S. R. E. Cardinalibus, aliisque Prælatibus Commendatitiis literas, aliosque favores, & gratias procurabant, quibus adjuti gradus, & dignitates in eadem Religione consequi valerent; propterea dictus Paulus Prædecessor Officia, & Dignitates pro meritis cujuscumque absque ambitu conferri cupiens per quosdam suas in simili forma Brevis die 22. Septembris 1607. expeditas literas Mo-

tu proprio, & ex certa scientia, & mera deliberatione suis omnes, & singulos Canonicos Regulares dictæ Congregationis, & Ordinis cujuscumque gradus, status, conditionis, præminentia, qualitatis, & dignitatis existentes, qui de cætero pro Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & aliis Officiis Congregationis, & Ordinis prædictorum consequendis ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quarumcumque personarum tam Ecclesiasticarum, quam Sæcularium de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore, & quacumque Sæculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium, favores recurrissent, aut aliis viis illicitis ad hujusmodi Prælaturas, gradus, honores, & dignitates, administrationes, & alia officia obtinenda aspiravissent, vel aliis minus legitimis, & honestis rationibus ea obtinere quævisissent, ac iis obrentis usi fuissent, illorumque complices, & fautores ad quascumque Prælaturas, dignitates, officia, gradus, honores, administrationes, & munera in ipsa Congregatione obtinenda, perpetuo inhabiles declaravit, & obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibus, & Officiis hujusmodi eo ipso privavit, & sic promotos voce tam activa, quam passiva carere decrevit, & declaravit, atque in virtute sanctæ obedientiæ ac sub excommunicationis lætæ sententiæ poena omnibus dictorum Congregationis, & Ordinis Superioribus, Prælatibus, Canonicis quocumque nomine nuncupatis, etiam Priori Generali tunc, & pro tempore existentibus præcepit, districteque mandavit, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, vel alias ad instantiam, seu requisitionem, vel contemplationem Principum, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & Rerumpublicarum, vel Prælatorum etiam ejusdem S. R. E. Cardinalium, aut aliarum quarumcumque personarum tam Sæcularium, quam Ecclesiasticarum extra dictum gremium existentium, ad cujusvis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia dictæ Congregationis promovere, vel poenas aliquas remittere auderent, vel præsumerent.

§. 2. Decernentes electiones, & promotiones ad Monasteria, seu Prioratus, vel officia dictorum Congregationis, & Ordinis contra eandem literarum dispositionem quandocumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorsus, invalidasque fore, & esse, ac omnes, & singulos in præmissis delinquentes nulla alia admonitione præcedente, & absque processu desuper habendo, sententias, & poenas præmissas irremissibiliter eo ipso incurrere, & ad illos sententias, & poenas præmissas damnabiliter incurrisse legitime probandum solas præmissarum personarum instantias, preces, & favores, etiam oretenus porrectas, plenam, indubiam & sufficientem in iudicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius admiculum requiri, & alias, prout in præfatis Pauli Prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus uberius continetur.

§. 3. Cum autem sicut dilectus filius Angelus Seraphinus Matri Procurator Generalis prædictæ Congregationis S. Salvatoris Nobis nuper exponi fecit prædictæ Pauli Prædecessoris literæ non ita exacte, & accurate, ut par est in eadem Congregatione observentur: Hinc est, quod Nos considerantes, quod nemo debet sibi assumere honorem, nisi vocatus a Deo tanquam Aaron, ac proinde pravum hoc ambitionis malum omnino tollere, & a dicta Congregatione

Causa Confirmationis relatæ Constitutionis.

penitus

penitus excludere cupientes, ut Congregatio ipsa præclara semper humilitatis Religioſæ laude floreât, illiusque munera, non mendicatis studiis, sed a viris virtute, & meritis conspicuis obedienter suscipiantur, & humiliter administrantur, ac dictum Angelum Seraphinum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, prædictas Pauli Prædecessoris literas cum omnibus, & singulis censuris, & pœnis, & aliis quibuslibet contentis in illis Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit, innovamus, ac de novo constituimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, illaque omnia, & singula inviolabiliter, & inconcussè in præfata Congregatione Sancti Salvatoris perpetuo servari mandamus, & præcipimus.

Confirmatio, & innovatio Constitutionis Pauli V. precibus Procuratoris Gener. facta.

Clausula cum mandato Gener. Constitutionem affigendi, & legendi.

§. 4. Volentes, & eadem auctoritate decernentes, easdem præsentis literas, illarumque exempla etiam impressa manu Abbatis Generalis ipsius Congregationis S. Salvatoris subscripta, & ejus sigillo munita in locis patentibus uniuscujusque Monasterii affigi, & perpetuo retineri, ac semel in anno per Superiores quorumcumque Monasteriorum inter alias Constitutiones Apostolicas legi, & publicari, dictasque literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ prædictus Paulus Prædecessor in literis supradictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Junii MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

LXXIX.

Conceditur vox deliberativa Definitoribus adjunctis Congregationis Doctrinæ Christianæ in Gallia.

Hæc vox concessa fuerat a Congreg. Episc. & Reg. & confirmata in Const. ed. 1708. Mar. 24. P. 8. Item conceditur Definitorio adjuncto Const. ed. 1714. Jun. 11. P. 14.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 25. Julii 1708. An. 8.

Ab hoc Pontifice confirmatum fuerat Decretum de voce deliberativa pro Definitoribus adjunctis.

Alias Nos in Causa Avenionen. seu Parisien. inter Dilectos Filios Clericos seculares Congregationis Doctrinæ Christianæ in Gallia ex una, & quosdam particulares Presbyteros Provinciæ Parisien. ejusdem Congregationis ex altera partibus vertente, ad supplicationem dilecti etiam filii Joannis Fallot Procuratoris Gene-

ralis dictæ Congregationis Decretum infraſcriptæ Cardinalium Congregationis, quo duobus Dubiis, primo scilicet an Decretum Capituli Generalis anno 1705. Sess. 18. editum circa electionem definitorum adjunctorum in locum Procuratorum Generalium absentium, qui voce fruerentur consultiva illis absentibus, & non aliter donec a S. Sede ipsis & deliberativa obtineretur tum in Definitorio, tum in Capitulo Generali sustineretur in casu etiam, & quatenus affirmative; ac secundo, an beneplacitum Apostolicum pro voce deliberativa esset concedendum, ad utrumque affirmative responsum fuerat, toto illius tenore inserto, auctoritate Apostolica confirmavimus, & approbavimus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjecimus, & alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 24. Martii proxime præteriti expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso haberi volumus uberius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Joannes Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, dilectus etiam filius Anselmus Espitalier Clericus dictæ Congregationis Doctrinæ Christianæ ad munus Definitoris adjuncti hujusmodi assumptus fuerit; Ipse vero Joannes Procurator Generalis, ne unquam futuris temporibus de validitate electionis prædicti Definitoris adjuncti, minusque de Beneplacito Apostolico pro eadem voce deliberativa dubitari possit, electionem de persona dicti Anselmi Definitoris adjuncti per Nos confirmari, illique, ac ejus ad idem munus pro tempore assumendis Successoribus vocem deliberativam concedi plurimum desideret.

§. 2. Nos ipsum Joannem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, eidem Anselmo, ejusque in dicto Definitorio Adjuncti officio successoribus vocem deliberativam, tam in Capitulo Generali, quam in Definitorio cum omnibus privilegiis, & conditionibus in Decreto Capituli generalis dicto anno 1705. Sess. 18. edito contentis, eadem auctoritate tenore præsentium concedimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Anselmo, aliisque ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit, Congregationis Doctrinæ Christianæ hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores

Preces Procuratoris Gen. & causa novæ Congregationis.

Concessio d. vocis deliberative juxta Decretum Capituli Gen. 1705.

Clausula.

præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXV. Jul. MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

LXXX.

Conceditur Fratribus Tertii Ord. Sancti Francisci Provinciae Lugdunen., ut decedente Ministro Provinciali sex mensibus ante Capitulum, Vicarius Gen. non eligatur.

Ab Alexand. VII. Constit. edit. 1660., Febr. 16. statutum fuit, ut in præd. casu absque ulla restrictione eligeretur Vicarius Gener. At ab Innoc. XI. similiis huic præsentis concessio facta fuit Provinciae Parisinae. Innoc. XII. Constitut. edit. 1693. Oct. 19. Pont. 3. extat resolutio quorundam dubiorum. Et hujus Pontificis Constit. edit. 1718. Maii 14. Pont. 18. agitur de receptione Guardiani, & aliorum Officialium S. Mariae Miraculorum de Urbe.

Dat. 9. Aug.
1708. An. 8.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Causæ hujus
Constitutionis.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister Provincialis, quatuor Definidores, & Exprovincialis Provinciae Lugdunensis, sive Sancti Ludovici Tertii Ordinis Sancti Francisci totum, & integrum Diffinitorium conscienties, quod cum ipsi nonnulla inconvenientia ex executione quarundam literarum fel. rec. Alexandri Papæ VIII. Prædecessoris nostri die 16. Februarii 1660. expeditarum, quibus electio Vicarii Provincialis casu obitus Ministri Provincialis de mandatur, oriri posse animadvertentes, ex eo, quod in prædicto casu obitus Ministri Provincialis Exprovincialis curare debet, ut ad electionem Vicarii Provincialis modo in præfatis literis præscripto procedatur, & eveniente dicti Ministri Provincialis brevi tempore ante triennium sui officii elabendum obitus, cæterum ad dictam electionem non tantum fore inutilem, verum perturbationes in præfata Provincia, moramque pro celebratione Capituli subsequenti allaturum esse, ad tollenda inconvenientia hujusmodi dilecto filio Cherubino a Lugduno Fratre expresse professore, & Procuratori Provinciae hujusmodi dederunt in mandatis, ut memoratarum Alexandri Prædecessoris literarum explicationem ab infra scripta Cardinalium Congregatione postulare, quatenus si in prædicto Ministro Provinciali obitus adventu, sex solum menses usque ad celebrationem sequentis Capituli Provincialis superint. nulla in posterum electio Vicarii Provincialis fieri debeat, sed Exprovincialis, vel in ejus defectum alius, qui tunc sigillorum, & negotiorum Provinciae gerer curam, Provinciam ipsam cum omnimoda Vicarii Provincialis potestate usque ad tempus Capituli celebrandi præfinitum gubernet, literasque obedientiales pro convocando eodem Capitulo, ad quos de jure accedere competit, transmitti, ceteraque omnia, quæ de jure, & consuetudine sunt peragi curet, quemadmodum Provinciae Parisinae dicti Ordinis a piæ me. Innocentio Papa XI. Prædecessore nostro concessum fuisse memoratur. Nobis propterea exponentes, & Cherubinus prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 1. Nos igitur eosdem Exponentes, & Che-

Preces De-
finitorii,

rubinum specialibus favoribus, & gratis profecti volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consulationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio attentis narratis, ut si ab obitu Ministri Provincialis sex menses dumtaxat superint. usque ad celebrationem futuri Capituli Provincialis, nulla deinceps Vicarii Provincialis electio fieri debeat, sed Exprovincialis, vel in ejus defectum alius, qui tunc sigillorum, & negotiorum Provinciae curam geret, eandem Provinciam cum omnimoda Vicarii Provincialis auctoritate gubernet, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Concessio
prædicta.

Clausula.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, & Provinciae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Aug. MDCCVIII. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Confirmatur Decretum Magistri Gen. Eremitarum S. Augustini, quo revocatur alternativa in Provincia B. M. V. de Gratia in Indiis Occident.

LXXXI.

Hæc alternativa instituta fuit 1649. & confirmata 1680. 1689. & executioni mandata 1681. Const. ed. 1704. Apr. 19. Pont. 4. confirmata fuit alternativa in Provincia Portugallia Const. ed. 1716. Oct. 26. Pont. 16. confirmatur alternativa in Lusitania & Algarbiis. Et Const. ed. 1713. Jun. 21. Pont. 13. agitur de electione Provincialium in Indiis Occident.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 14. Aug.
1708. An. 8.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Augustinus Garzia de Galves Frater expresse professus, ac in Romana Curia Procurator Provinciae B. Mariæ Virginis de gratia nuncupat. in Indiis Occidentibus Ordinis Eremitarum S. Augustini in Sacra Theologia Magister, quod alias videlicet die 3. Octobris proxime præteriti dile-

Decretum
Prioris Gen
1707. Oct. 3.
in quo pluri
bus expo-
nuntur causæ
revocationis
Alternativa.

Quis etiam filius Adeodatus Nuzzi Prior Generalis Ordinis prædicti Decretum super nullitate Alternativa dictæ Provinciæ inter Religiosos Hispanos, in Europa, & Hispanos, ex alia parte in America natos Crioli vulgo nuncupatos ab aliis tunc existentibus Prioribus Generalibus Prædecessoribus suis in dicto Decreto emanatis præscriptæ edidit, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Adeodatus Nuzzi ab Altamura Sacræ Theologiæ Magister totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini Prior Generalis Muneris nostri ratio exposcit, ut quæ ad rectum Provinciarum regimen spectant efficaci solitudine promoveamus, eaque omnia remove fatagamus, quæ in Provinciis ipsis providam, & fidelem bonorum administrationem, studiorum profectum, ac regularem disciplinam evertere, ac dissipare moliantur. Sane ex Alternativa in Provincia nostra Deiparæ Virginis de Gratia novi Regni Granatensis in Indiis Occidentibus Hispanos inter, ac Criollos, ut vocant officio Provincialatus, Definitorum, & Visitatorum a Reverendissimo Prædecessore nostro Philippo Vicecomite sub die 23. Octobris anno 1649. instituta; & deinde a Reverendissimis patriter Prædecessoribus nostris Dominico Valvasorio sub die 4. Maji anno 1680., & Fulgentio Travallonio sub die 22. Januarii anno 1689. confirmata, quæ tamen effectu suo caruit usque ad annum 1681., resistente usque ad tempus illud statuta Alternativa executioni Provincia, utpote, quæ futura mala inde exortura optime prævidebat, nullum revera in laudatam Provinciam commodum, decorem nullum, quinimo gravissima detrimenta tam in temporalibus, quam in spiritualibus redundare non sine ingenti cordis nostri dolore experimur; nam cum ob parvum Hispanorum numerum eadem in Provincia commorantium, qui ternarium aliquando non excedunt, quinque requisitis per Sacras Ordinis Constitutiones ad officia obtinenda præscriptis sæpe sæpius desituti reperiuntur, eligi necesse sit ex vi memoratæ Alternativa in Definidores, in Visitatores, & quod lacrymabilius est in Provinciales etiam, viros indoctos, in doctos, rerum agendarum inexpertos, nulla virtute probatos, & aliquando a propriis Provinciis exules, atque profugos, dictu inexplicabile est, quot, & quæ damna miserrima Provincia sub talibus Superioribus constituta patiatur: Inde enim naturali quadam consecutione exoriuntur bonorum temporalium dilapidationes, literarum contemptus, ac Regularis disciplinæ relaxatio: His propterea malis occurrere volentes, super quibus, ut opportune provideamus instantissime nomine Provinciæ R. P. Magister Frater Augustinus Garzia de Galtes ejusdem Provinciæ in hac Aula Romana Procurator nos urgere mature, diuque in nostra Congregatione discussa, nullum aliud remedium Provinciæ saluti consentaneum adhiberi posse judicavimus, quam e medio tollere prædictam Alternativam nunc dictorum malorum causam quamvis ex fine Provinciæ succurrendi a laudatis Prædecessoribus nostris prudenter institutam, & respective confirmatam: Harum itaque serie literarum, nostrique muneris auctoritate, necnon de consilio admodum RR. PP. memoratæ nostræ Congregationis prædictam Alternativam a Philippo Vicecomite in Provincia nostræ Deiparæ Virginis de Granata novi Regni Granatensis in Indiis Occidentibus institutam, & a Dominico Valvasorio, Fulgentio Travallonio, aliisque forsitan Prædecessoribus nostris confirmatam irritamus, cassamus, & annullamus, prout irritam, cassam, & nullam esse, & fore volumus, decernimus, & declaramus: ac proinde damus, & concedimus, seu verius restituimus eidem Provinciæ novi Regni Granatensis plenam facultatem, qua

ipsi de jure alias competit, sibi eligendi perpetuis futuris temporibus in Provinciam, Definitorum, Visitatores, Priores, & reliquos officiales sive ex Hispanis, sive ex Criolis eos viros, quos ad prædicta officia respective adimplenda in Domino judicaverint aptiores. Præcipimus vero omnibus, & singulis Nobis subditis in virtute Spiritus Sancti, & in meritum salutaris obedientiæ, nec non sub rebellionis nostræ, privationis utriusque vocis, officiorum, & graduum, ac etiam excommunicationis majoris lætæ sententiæ ipso facto incurrendæ, quam hac una pro trina canonica monitione præmissa in his scriptis (licet inviti) ferimus, aliisque nostro arbitrio reservatis pœnis, ne ullo quæstro colore, aut prætextu sint impedimento, quominus præfentes nostræ literæ, quas firmas, validas, & efficaciæ semper esse volumus, suos plenarios, & integros effectus fortiantur, & obtineant, irritum, atque inane declarantes quidquid super his a quoquam Nobis inferiore quomodolibet scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum in Conventu nostro S. P. Augustini de Urbe die III. 1707. Octobris Fr. Adeodatus Nuzzi Generalis Magister. Fr. Josephus Marchetti Forosempronienfis Ordinis Secretarius.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Augustinus Garzia Procurator præmissa quo firmius subsistant, & seiventur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti plurimum desideret: Nos ipsius Augustini Garziæ votis hac in re quantum cum Domino possamus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui relationem dilecti filii nostri Josephi Renati ejusdem S. R. E. Cardinalis Imperialis nuncupati dicti Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris perpenderunt, consilio, præsertim memorati Adeodati Prioris Generalis Decretum cum omnibus, & singulis in eo contentis Auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illicque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 3. Decernentes eandem præfentes literas firmas, validas, & efficaciæ existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo

Preces Procuratoris
Provincia.

Confirmatio
relati Decreti.

Clausula.

robore

robore permanfuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XIV. Auguſti MDCCVIII. Pontificatus noſtri Anno Octavo.

LXXXII. Statuitur, ut executioni mandetur Conſtitutio Clem. X. de facultate mittendi Diſcretum, & Juvenes ad Conventum Pariſien. FF. Minor. de Obſerv. pro Superioribus Provinciæ Aquitanie Antiquioris Ordinis.

Laudata Conſtitutio hic refertur, & ed. fuit 1671. Oib. P. 3. Item hujus Pontificis Conſt. ed. 1705. Sep. 28. P. 5. conceſſa fuit hæc facultas. Et Conſt. edit 1710. Jan. 21. P. 10. confirmantur Regula Collegii Sancti Bartholomæi in Inſula de Urbe.

Dat. 18. Dec.
1708. An. 9.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum felic. rec. Clemens Papa X. Prædeceſſor noſter ſupplicationibus tunc exiſtentis Miniſtri Provincialis Provinciæ Aquitanie Antiquioris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de obſervantia nuncupatorum Superioribus Regularibus, ad quos cæteroqui juxta præſcriptum ejuſdem Ordinis Conſtitutionum pertinebat, ut Diſcretum, & Juvenes ad magnum Conventum Pariſien., prout ante quarumdam in forma Brevis literarum expeditionem conſueverant, ſtudiorum cauſam mittere poſſent, & valerent, facultatem conceſſit, & impartitus fuit, prout continetur in iſtis Clementis Prædeceſſoris literis deſuper in ſimili forma Brevis expeditis, tenoris, qui ſequitur, videlicet.

§. 1. CLEMENS PAPA X. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Felix Cuilliens Miniſter Provincialis Provinciæ Aquitanie Antiquioris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de obſervantia nuncupatorum, quod a multis annis per quorundam Literas Apoſtolicas in ſimili forma Brevis expeditas, ad inſtantiam tunc exiſtentis Miniſtri Provincialis diſtæ Provinciæ nomine Joannis Jourdain, prohibitum fuit, ne Diſcretus, & Studentes ejuſdem Provinciæ ad magnum Pariſienſem Conventum diſti Ordinis amplius mitterentur, eo quod regularis obſervantia in illo minime vigeret, indeque timeretur, ne ad Provinciam prædictam tranſactis ſtudiis redeuntibus ab ipſa regulari obſervantia aliquo modo declinarent. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, reformatio in prædicto Conventu Pariſien. a Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis prædicti jam laudabiliter feliciterque introducta reperiatur, ceſſetque proinde talis prætextus, neque ſimile periculum amplius ſit timendum, & propterea dictus Felix Miniſter Provincialis Provinciam prædictam in ſuum jus, quo ante emanatas Literas prædictas pacifice, & abſque ulla controverſia fruëbatur, reſtitui, eiſque facultatem mittendi Diſcretum, & Studentes more ſolito ad eundem Conventum Pariſien. concedi plurimum deſideret, & pro juris hujusmodi reſtitutione jam a prædicto Miniſtro generali in partibus tunc exiſtente decretum ad hunc effectum fuerit expeditum: Nos ipſius Feliciſ Miniſtri Provincialis votis, hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interditi, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innoſcatis exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolven-

tes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui relationem diſti Miniſtri Generalis audiverunt, conſilio, Superioribus Regularibus, ad quos cæteroqui juxta præſcriptum ejuſdem Ordinis Conſtitutionum pertinet, ut Diſcretum, & Juvenes ad prædictum Conventum Pariſien., prout ante prænaratarum in forma Brevis Literarum expeditionem conſueverant ſtudiorum cauſa mittere poſſint, & valeant facultatem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & impartimus. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniffime ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quocumque judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores judicari, & deſiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Literis prædictis, aliſque Ordinationibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Octobris MDCLXXI. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

§. 2. Cum autem, ſicut dilectus filius Philippus Faure Ex-Deſinito Generalis, & Exprovincialis diſtæ Provinciæ Nobis nuper exponi fecit, in prædicto Conventu Pariſien. a tunc pariter exiſtente Miniſtro Generali Ordinis prædicti reformatio introducta fuerit, necnon ibidem regularis obſervantia de præſenti vigeat, ac proinde præinſertas Literas hujusmodi, quæ ob quorundam controverſias tamen inde ſecutas executioni demandatæ minime fuerunt, per Nos confirmari plurimum deſideret, Nobis propterea dictus Philippus humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipſum Philippum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interditi, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innoſcatis exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Episcoporum, & Regularium præpoſitorum, qui dilectum pariter filium Procuratorem Generalem Ordinis præſati audiverunt, conſilio, præinſertas Clementis Prædeceſſoris Literas, tametiſ illa executioni demandatæ non fuerint, ut præfertur, nihilominus executioni mandari, ac perpetuis futuris temporibus in omnibus, & per omnia ſervari poſſe, & debere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatimus, & ordinamus.

§. 4. Decernentes eaſdem præſentes literas, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniffime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores judicari, & deſiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cauſa præſentis Conſtitutionis, & preces Exprovincialis.

Statutum mandandi executioni relatam Conſtitutionem.

Clauiſula.

Conſtitutio Clem. X. qua Superioribus Provinciæ redditum fuit juſt mittendi Diſcretum, & Juvenes ad Conventum Pariſien., in quo jam vigeat regularis diſciplina.